pag. 83.

(235)

173.

Nobilissimo viro D. Constantino Huygens, Droste de Zuylichem, equiti

Petrus Cunaeus S.D.

\+ Vir nobilissime, literas tuas ante aliquot dies ~~[illegible]~~ e castris ad me scriptas tradidit mihi ~~[illegible]~~ iuvenis natalibus atque indole eximius Fredericus Dorpius, quibus peramanter id a me petis, quod ut ~~[illegible]~~ inter tuos amplexari mihi potestas, ita ego etiam sponte meliusque rogatu facere soleo. Quid enim est omne nos libens ope conciliorum subleuemus, qui praeclara omnia in ~~[illegible]~~ spei habet, et ingens ardor in eas artes fert, ~~[illegible]~~ Ego vero polliceri tibi audeo, quicquid apud me est, quod prodesse optimis eius conatibus possit, id illi promptum et paratum apud me fore. Scio equidem in his, qui ea domo et fortuna nati sunt, rarum esse, ut bonae menti ~~[illegible]~~ vacare, literasque nostras et iuris ac legum studia sequi velint vel e longinquo? ~~[illegible]~~ Sed eo magis amicitiam mihi fuit, ut praestantem sane indolem hic dis optimis ~~[illegible]~~ impense amplecterer. Neque vero is sum qui existimem aliquid eo nomine mihi deberi. Quoties unquam eius id facio, nec id gratiae apponi volo, sed totum hoc moribus meis tribuo, neque aliud eius rei habeo, proties, nisi fecisse. Caetera, quae literis tuis continentur, Periboladiam in me tuam omni ex parte significant. Nihil circuitione utar, vir nobilissime. Stelias, ut ea vidi, pignus memet ipsum mei praebuit, qui tibi summa de intelligentia eruditione, atque aliis splendidis virtutibus praedito, ad quas te excellens natura tua armabit, nunquam habemus observantiam ullo officii genere testatus sum. Quod igitur superest, omnino in posterum nomen meum profitebor inter eos, qui te colunt: atque adeo officia feram, ut te dominum eruditum esse et meum intelligant homines, et in posterum memoria teneant. Nihil porro insolentius faciam, neque te rogabo ut animum eum erga me retineas, quem habere coepisti. Neque enim fieri potest, ut ~~[illegible]~~ desideras ab humanitate tua, aut ipse te rogem. Vale. Lugd. Batavor. 12 novembr. 1633.

\+ ex quib. ad familiae splendorem vera nominis atque existimationis accedit dignitas.

Haec etiam ad Comitem Mauritium 6 Maji 1617. et ad Dominicum de Molino 4 octobr. 1634.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
CUN 1 A
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/845